



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118529**

§. 106. Petri Martiris initia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66608)

Sæcul. XVI. Provincias, in quibus mediis iacet Me-  
A.C. 1547. xicum, in suo ambitu continet.

## §. CVI.

*Petri Martyris initia.*

*Sander hist.*  
*Schism. 1, 2.*

Sub idem ferme tempus Vermilius sub nomine Petri Martyris magis cognitus in Angliam migravit. Natus erat is Florentiæ die octava Septembris Anno reparatæ salutis millesimo quingentesimo, atque in Monasterio Fesulano prope præfatam Urbem Canonico-regularium S. Augustini institutum amplexus est, cumque Græcæ, & Hebraicæ linguæ peritia insignis esset, ac propter innatam Eloquentiam in præcipuis Italiæ urbibus conciones magno auditorum concursu, atque applausu haberet, velut Ordinis sui Princeps, ac Verbi Divini Præco longe celeberrimus æstimabatur. Verum Neapoli quosdam Zwinglii, ac Bucerii (\*) libros perlegens

---

(\*) Hæc quidem Continuator ex Spodano ad hunc annum num. 21. defloravit, omisit tamen *Erasmi* nomen addere; parum enim honori hujus Scriptoris, quem ipse semper tanquam apprime Catholicum venditabat, famæ consultum iri censebat, si ex illius libris, ac eorum lectione quemdam seductum  
 atque

legens sensim a vera fide deviare cæpit, Sæc. XVI.  
A.C. 1547.  
penitus autem ad amplectendas novæ  
reformationis opiniones permovebatur  
ex crebris cum Joanne Valdesio Ju-  
risconsulto Hispano colloquiis : hinc  
Romæ accusatus, sed brevi amicorum  
opera liberatus paulopost Neapoli ex-  
cessit, Lucam profectus ad Ordinis sui  
Monasterium, cui ipse aliquando præ-  
fuit, ibi autem seductis pluribus Laicis  
etiam impietatis suæ, ac defectionis a  
vera fide socios sibi accersivit Emanue-  
lem Tremelium, Celsum Martinen-  
gum, Paulum Laficium, & Hierony-  
mum Zanchium.

§. CVII.

*Virmilius a Cranmero Cantuariensi  
Archiepiscopo in Angliam  
evocatus.*

Cum interea Petrus, qui se Martyrem Sleid. com.  
lib. 19. p. 690.  
dicebat, comperisset, quod Paulus  
III. a colloquio Buxeti cum Carolo  
Cæsare habito rediens Lucam per-  
transiturus esset, unacum sociis suis ex  
urbe auffugit, apud Hæreticos asylum  
inventurus. Ergo primo Tigurum, po-  
stea Basileam pervenit; cum autem in  
G g 3 hisce

atque ad hæresin pertractum ingenue fate-  
retur.